

1183 est mei iudicii, sed episcopus videtur. Unde si quis cf. Matthe. 27, 4
 ignorat, quid iuris habeat Pragensis episcopus in
 Syloensi ecclesia, sciat, quia sicut in aliis ecclesiis
 ius diocesanum, ita et in Syloensi vendicat sibi ius
 patronatus, quod accidisse creditur ratione concambii ex eo
 videlicet, quod dominus Otto Pragensis episcopus duci antiquo
 Zbyszko dedit Podgwin in concambio pro Syloensi circuitu.¹
 Porro fratres nostri Syloensem locum sicut dictum est in-
 gressi credi non potest, quantam deinceps famem quantam-
 que penuriam omnium rerum pertulerint, quia et monachi,
 qui depulsi erant, tamquam ex industria cuncta dis-
 traxerant, omnia consumpserant, nichil minus fecerant
 a vastitate hostili, nisi hoc solum, quod ignem non
 miserint in ~~rota~~ menia. Episcopus quoque, qui eos intro-
 duxerat, nichil umquam misericordiae fecit in eos, quo
 eis elemosinam impenderet, tamquam hoc solum satis
 esset, quod eos vacuam miserat in possessionem. Sed qui
 pascit volatilia caeli, non deseruit humiles servos suos, cf. Matthe. 6, 26
 sed parvit eos primo per elemosinam pauperum, dehinc et
 quam maxime per dominum Henricum Olomucensem epis-
 copum, cuius supra mentionem habui, qui cum domini-
 cum natalem celebraturus esset in Thienikoro,² intellecta
 patrum istorum paupertate per fratres, quos abbas Godscalcus
 ad eum direxerat, ilico misericordia motus apparatus

1) Donk. Syloensis ducis Zbyszko. N. 3474, Cod. dipl. Boh. T. 138.

2) Thienikoro, Thienikoro des nôtres ou Thienikoro gallegu
 Thienikoro Thienikoro Thienikoro Thienikoro.